







1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.
9.
10.
11.
12.



1704.

1. Bochner, Ioh. Christophorus: De confugio principum
e status ratione iustis
2. Engelbrecht, Georgius: Programma de conjungendo juris
civilis Romani et Germanici studio disputatio-
nibus 18 in punctis . . . habendis praemissum.
3. Engelbrecht, Ioh. Wilhelmus: De iure naturali ludorum
in pecuniam . . .
4. Humboldt, Andreas: De literis novatoriis.
5. Videburgius, Christophorus Tobias: Oratio de credito
pictate studiorum academicorum fine

1705

1. Lischart, Ioh. Ioh. Ioh.: Jus patrimonii dividi et
in dividi.
- 1^a Engelbrecht, Georgius: Programma de generibus Decretorum
nom. juris factibus in foris Germaniae 1796 XVIII
1^a part. p. habendis praemissum.

- 2^{a, b, c, d.}
 = Engelbrecht, Georgius: De iudicio metallico
 4 Sept. 1705, 1740 & 1751.
3. Engelbrecht, Joh. Wera: Oratio de jure naturae
 et gentium magno civitatis jurisprudentiae praesidio.
4. Engelbrecht, Joh. Wilhelmus: De militantiis officio
 in expeditionibus bellicis
5. Koch, Corn. Diet.: De impietate magno sapientiae
 impedimento.
- 6^{a, b, c.}
 = Werlhafius, Johannus: De examine testium extraor-
 dinaria cum primis et instrumentum probationum
 futuram 3 Sept. 1705, 1725 & 1745.
7. Werlhafius, Johannus: Juris, maxime, quo in foro
 Germani utimur, succincti et in succinctas theses
 memoriales digesti, Specimen I. De ^{jure} ~~juris~~ Germanico
 patrio

ro
o
loie
at
nem
oro
thes
nis

UNIVERSITÄT
SACHSEN-ANHALT
MAGDEBURG



1. ...
 2. ...
 3. ...
 4. ...
 5. ...
 6. ...
 7. ...
 8. ...
 9. ...
 10. ...



GEORGII ENGELBRECHTI J.U.D.^{raudi}
505
1704,2
2
PROGRAMMA
DE
CONJUNGENDO JURIS
CIVILIS ROMANI ET
GERMANICI STUDIO
DISPUTATIONIBVS XVIII.
IN PANDECTAS
CONSENTIENTE MAGNIFICO ICTORVM ORDINE
IN ILLVSTRI IVLIA
PVBLICE HABENDIS
PRÆMISSVM.



HELMESTADII,

LITERIS GEORG-VVOLFGANGI HAMMI, ACAD. TYPOGR.
CIO ICCCIV,

Generosis Nobilissimis ac præstantissimis
Jurisprudentiæ Cultoribus in Academia Julia
Commilitonibus Suis exoptatissimis

S. P. D.

GEORGIUS ENGELBRECHT

Nonsignem existere juris Romani vim & aucto-
ritatem in foris Germaniæ, nemo facile est, qui
nesciat, nedum inficias ire possit. Tametsi
Genim pro legibus patriis non possunt vendi-
tari, quas Justinianus Imperator in Oriente
tulit: attamen cum reperto in direptione Amalphitanæ
urbis veneranda sua antiquitate incomparabili Pandectarum
codice (a) jus Romanum in Italia non quidem Lotharii
Imp. auctoritate, sed privato primitus studio sit resuscitatum;
Germanis illud ipsum indies magis magisque innotuit. (b)
Majora vero illius auctoritas seculo XV. in Germania cepit
incrementa, neque minus in Academiis cum omni ele-
gantiori literatura tum lætissime efflorescentes, quam ipsa
judi-

(a) Angel. Politian L. X. Ep. 4. Gv. Pancirollus *d. claris LL. interpretibus* L. II. C. 3.
Vincentius Gravina Abbas Neapolitanus *de Ortu & progressu juris civilis*
n. CXXXX.

(b) Lindenbrogius in *Prefat. Codic. ll. antiquarum, add. immortalia hujus Aca-*
demia. decorat B. G. Calixtus *Epitom. Theol. Moral.* p. 114. § ff. & H. Conringius
de Orig. Jur. Germ. C. 21. § ff. it. Dn. Pagenstecher *Sticilim. ad Lauterb.*
Manip. 3. p. 1.

judicia penetravit. (c) Rationes adoptatæ in nostro Imperio nomothesiæ Romanæ haud longè arcessendæ esse videntur. Communes illæ sunt cum reliquis Gentibus Europæis, leges Romanas non ex legis necessitate, vel potestate jubentium, sed justitiæ suæ vi triumphantes, æquitæque coruscas observantibus. Venustè hanc in rem scribit Celebris Angliæ ICTus Ediv. Chamberlainius cultissimo libello ex Anglico in Gallicum sermonem translato *d'Etat present d'Angleterre* C. 2. f. 27. *Le Droit civil est la loix des loix, dans lequel se trouve tout ce que les plus sages & les plus grands personnages du plus fleurissant & puissant Empire, qui ai jamais été au monde, ont pû puiser l'espace de plusieurs siècles dans leur propre science & raisonnement, ou bien apprendre des autres Nations; de sorte que l'on peut considérer cette loix comme une production dela raison commune de tous les hommes, établie non seulement pour le bien & l'intérêt d'un peuple, mais elle a soin de conserver, & de régler les avantages, & les affaires de toutes les Nations.* Plura encomia, quibus jurisprudentiam Romanam summi Viri maclarunt, in hunc locum conducere superfedemus (d) id potius observantes, quod, quoties de singulis juris Romani articulis casu emergente quæstio incidat, neque superstitiosè ejusdem auctoritati plus æquo tribuendum,

):(2

(e) ne-

(c) *Ordin. Cameral. de A. 1495. tit. Ob Appellation von bey Wrtel angenommen werden soll. Ubi primus Camera Imp. fundator juris civilis observantiam inculcat. Constit. Vormatiens. von den Gottes-Eäserern de eod. A. in qua idem Imp. provocat. ad Constit. Justiniani Imp. contra Blasphemos promulgatam. Ordin. Cameral. de A. 1500. tit. die Succession der Töchter und Enckel Ubi expresse mentionem facit der gemeinen geschriebenen Rechte. Et Ordin. Norav. de A. 1512. §. demselben nach In qua notariis injungitur, ut officio suo defungantur nach Inhalt gemeiner Rechte add. Ill. Stryk. de us. & Auctor. jur. Rom. in for. Germ. §. 24. & ff.*

(d) *Vid. amen B. Lutherus tom. 1. Oper. Jenens. ad Psalm. 101. H. Grotius Ep. 332. Artur. Duck, de us. & Ant. jur. civil. L. 1. C. 2.*

(e) neque nimium eidem detrahendum, (f) sed potius media via incidendum sit. Quas ergo legum Romanarum subtilitates vel Germanica simplicitas fastidit, vel diversa fori hodierni & Romani in hoc vel illo facies respuit; pro illarum sanctorum cœca religione contendere velle ridiculum videtur. (g) Quæ vero recentioris seculi moribus, vel Germanicæ legislationis genio haud repugnant, cur admiffæ non videantur, quas rejectas esse non liquet? (h) Unicuique igitur qui vel causas in foro agere, vel iudicis officio defungi, vel cuicumque demum muneri sit admotus, Icti nomen olim dignè tueri cupit, exactissimè addiscendum esse jus Romanum, facile apparet. Neque vero minori sed potius socio studio conjugendam esse juris Germanici culturam operosâ quoque demonstratione haud indigere arbitror. Equidem si secula, quæ effluxere, respicio, non inficio, leges Germaniæ veteres ac sequioris ævi (i) sive sint scriptæ sive non scriptæ extranearum quasi diluvio exorto pene immerfas & inundatas esse. Enimvero quisquis fuerit domestici juris neglectus partim

Pon-

- (e) quo propendere videtur Tabortum alibi tum præcipue de Altr. tant. p. 1. art. 1. n. 1. & p. II. art. 7. n. 1. it. Coihman. vol. III. Resp. 35. n. 59. ff. Resp. 26. n. 7. & 10.
- (f) quod facere videtur B. Kulpisius sub persona Conradi Sinceri dissert. Epistol. de Germanicarum legum veterum & Romani juris in rep. nostra origine, auctoritateque presenti. Quam tamen sententiam se non tam serio statuentis, quam in meliora recepti apud nos Romani juris fundamenta inquirendi animo proposuisse illustres viri haud dissimulat in Comment. Acad. ad Mouz. amb. p. II. L. 5. §. 13.
- (g) Conf. Celeb. Dn. Weirhofii Oratio de ætatissemo iuræpruud. & civil. studiorum nexu p. 18. in Not. lit. 22.
- (h) B. Habnii diss. de Altr. tant. §. 87. & ff. Dn. Schilterus in Praxjur. Rom. in for. Germ. passim & præcipue in Epistol. dædic. ad ill. Seckendorff. & Exerc. 1. §. 2. & ff. atque in Respons. Exerc. XXX. §. 138. inserto add. ea quæ idem in Act. Erud. Lips. A. 1682. Mens. Novembr. p. 266. citat. Conrad. Sinceri dissert. Epist. regest. De quibus videre potest Johannes Basil. Heroldus ac Fr. Lindembrogius in Cod. Il. Antiquarum. add. Tomi. Constit. Imperial. Melchioris Goldasti & Cuperular. Regum Francorum ex recessione ill. Baluzii. it. Speculum Suevicum & Saxonicum.

Pontificum moliminibus, quorum potentiae stabilendae leges Germaniae haud adeo favere videbantur; partim infelicitati illorum temporum, quae barbarie miserè erant infecta, est adscribendus (k) Neque autem arbitrandum, miserabilem illam juris Germanici ignorantiam & contemptionem auctoritate eorum, qui legislatoria potestate pollebant, unquam suffultam esse; imò potius masculè semper resistere nostri majores quibuscunque legulejorum, uti vocant, conatibus, quoties hi jura patriae, quae turpiter ignorabant, obliterare sunt annisi. Hinc non solum senatores publicae civitatum administrationi admotos jurisjurandi religione adstringere consueverunt, de defendendis singularium civitatum juribus, libertate, ac moribus: (l) sed & per longum temporis spatium nequidem Doctores juris Romani in urbibus superioris Germaniae plurimis libenter in senatum admisere (m) Praecipue Scabinatus olim mirifice allaborarunt custodire mores Germanorum; (n) ita, ut, cum Facultates juridicae introducere conarentur in forum suum jus Romanum; haec res magnae aemulationis seges & frugifera materia fuerit. (o) Ex quibus omnibus, uti opinamur, haud difficile collectum est, leges domesticas nunquam per juris Romani receptionem

) 3

defectu-

(k) *Conf. laud. Cour. Sinceri diss. Epistol. p. 107.*

(l) *Lehmanni Chron. Sprensf. L. IV. C. 21. add. Ill. Obrechtii Prodvom Rev. Alsac. C. XIII. p. 328.*

(m) *Conting. de O. I. G. C. 32. p. 202. ubi in solemnibus sub Friderico III. Comitibus de DD. juris Romani numero restringendo usque a judiciis ardentis cogitatum fuisse notat. Quae tamen res ipsa fatente ad effectum pleniorum non est deducta, neque forsan jure vel utiliter deduci potuit. add. Interi Diarib. de Grad. Acad. C. LX. §. 5. §. 5.*

(n) *Loquuntur hoc satis & produunt Sententia veterum Scabinarum Magdeburgensium subjuncta speculo Saxonico & Volumina Sententiarum quae Beatus edidit.*

(o) *vid. Celeb. Dn. Thomasi diss. de Homib. propr. & liberis Germ. §. 88. Dn. Ockelii tractat. de Scabinat. Hallens. ubi in adjunctis suis lit. E. p. 183. legitur. Scabinos An 1450. petisse sic bey alter Freyheit und guter Gewohnheit zu lassen.*

defuetudine adeo inumbratas esse, quin earum usus semper adhuc fuerit superstes *p*) Quod cum in veteribus illis legibus observare liceat, quid de noviori jure Germanico tam universali in corpore Reecessuum Imperii maximam partem contento, quam particulari Saxonico forsitan *q*) vel etiã quolibet provinciali regionum Germaniã dicemus? Hoc certum est, & extraj omnem dubitationem positum, eatenus demum jus civile in nostro Imperio decidendis controversiis adhiberi, quatenus vel honestã & rationi congruentes consuetudines, vel leges Imperii doceri nequeunt. *r*) Quis igitur adeo inficetus foret, ut leges extraneas unice sectetur, domesticarum vero, licet auctoritatis pondere multo sint superiores, omnemque demum obligandi vim juri Romano subministrant, nullam planè habeat rationem? An sine causa arbitramini, sanctã Themi di sacrata pectora, in laudatis publicis nostri Imperii legibus, & constitutionibus provincialibus jura Germanica & Romana conjungi? neque potius hæcce conjunctio studia Germanici & Romani juris indivulso nexu copulanda esse, haud obscure inculcare videtur? Certè asserere a usim, legum Romanarum culturam absque patrii juris sociã operã mutilam omnino & mancã esse. Neque diversa videtur esse ratio juris feudalis Longobardici, à quo consuetudines Feudorum vel Alemannicã, vel Saxonica, vel etiam quãlibet speciales illius regionis, in quã quis degit, nunquam sejungen-

- p*) *conf. iterum* Contr. Sinceri *diss. Epistol. p. 29. Ess. ill. Mauritius de libris juris Commun. §. 22. & Celeb. Dn. Homborgii prælect. Acad. ad Just. p. 7.*
q) *de cuius Interpretibus vid. iterum* Mauritius *in nobili præfat. Consil. Chilomens. add. Celeb. Dn. Eisenhart. Instit. jurispr. Doctrin. general. C. I. §. 19. ubi de reliquorum jurium provincialium collectoribus & interpretibus agit.*
r) *vid. Præfat. Const. Criminal. Carol. §. art. 140. Ordin. Cameral. p. 1. tit. 13. R. I. noviss. de A. 1654. §. benebens sollen 105. Ordin. jud. Aul. tit. 1. §. und wein ibi: gute Ordnungen und Gewonheiten und in Mangel derselben die Kaiserl. Rechte. add. die Calenb. Cangl. Ordn. tit. 1. Fürstl. Br. Hoffger. Ordn. tit. 5.*

gendæ. (f) Imò studium juris Canonici ita demum est institutum, ut Sacra scriptura pro perpetua amissi & immutabili norma habeatur (t) ac in nostris Ecclesiis ecclesiasticæ constitutiones cum eodem sobriè ac frugaliter semper conferantur. Enimvero cum paginæ modus non permittat, ut hæc pro materiæ dignitate fufius exponantur, ad id me confero, cujus gratia hoc quicquid est scriptionis suscepi. Animum inducere laudatissimo proposito quidam, genere, virtute, atque doctrina florentissimi Commilitones:

Dn. LEBRECHT HENRICUS de BÖRSTEL Eq. Anhalt.

Dn. DIETERICUS WERNER BERCKELMAN Goslaricus.

Dn. LUDOLPHUS DIETERICUS HUGO Stoltzenovianus Hannoveranus.

Dn. JOHANNES FRIDERICUS BORRIES. } Eimbeccenses.

Dn. GERARDUS LUDOVICUS BORRIES. }

Dn. JOACHIMUS HENRICUS BÖTTICHER Hannoveranus.

nobilissimos Pandectarum libros tanquam integrum veteris juris Romani complexum disputationibus publicis institutis excutere alternis vicibus Respondentium ac Opponentium provincias auxiliante Divina Gratia subituri. Selegere sibi ven. mei Parentis Compendium Jurisprudentiæ ad cujus ductum hæc disquisitiones sint attemperandæ, quod in eo arbitrentur singulis materiis genuina sua fundamenta tum

ex

(f) vid. Jo. Schilteri *Præfat. Codicis jur. Alem. Feudal. præmissa de ejusd. Origin. Usu & auctoritate.*

(t) Observat hoc ipse Gratianus c. Placuit. 36. qu. 2. Ubi canone Concilii Aquis grævensis adducto subjungit. : Hæc auctoritas non præjudicat auctoritati Hieronymi, maxime cum illa testimonio divinæ legis nitatur. add. Caspar. Ziegler. *diss. de juris Canon. Origin. & increment. §. 44. & ven. mei. Parentis Comp. Jurispr. tit. de Origin. jur. §. 13.*

ex aliis juris naturalis Interpretibus , tum potissimum ex
Aristotele , cui apud cordatos ejusque philosophiæ intelli-
gentes merito adhuc suum pretium est , substerni , imo juri
civilis Romano leges Imperii nostri & constitutiones pro-
vinciales Brunsvico Lüneburgicas assidue sociari. Licet
autem eximia eorum eruditio , & industria probata vix in-
digere videatur ullo in hoc stadio feliciter decurrendo duce;
quorum quidam in Academia Fridericiana , quidam in hac
nostra Julia jurisprudentiæ , & , quæ huic adminiculatur,
amœnioribus studiis hætenus impigrè operati sunt , & ad-
huc omnes laudabiliter operantur: me tamen moderatorem
vel potius comitem desideravere , qui varias juris nostri par-
tes me præeunte jam tum antea sunt emensi. Vos igitur , qui
veram & non simulatam philosophiam in hac illustri Julia in
oculis habetis , Amici , & Commilitones suavissimi , favete
hisce diatribis , & cum in aliis nostris laboribus amorem quo
jurisprudentiæ excelsa studia prosequimini , abunde nobis
comprobastis ; hos quoque litterarios conspectus constanti
Vestra frequentia inflammate. Excipient hancce volunta-
tem mutuis officiis Generosi Nobilissimi que mei Dn. Respon-
suri , mihi que nihil antiquius erit , quam ut animum meum
Vestra studia provehendi avidissimum impofterum etiam
quam luculentissimè Vobis semper repræsentare possim.
Valete , & rem vestram bene gerite. PP. in Acad. Jul.
Mense Martio A. c. l. o. c. c. c. i. v.




P. 228

Selbstst. Diss., 1704-05

ULB Halle 3
005 356 741







Farbkarte #13

B.I.G.

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

BRECHTI J.U.D^{radi}
RAMMA
DE
ENDO JVRIS
ROMANI ET
ICI STUDIO
ONIBVS XVIII.
DECTAS
NIFICO JCTORVM ORDINE
TRI IVLIA
HABENDIS
MISSVM.



STADII,

GI HAMMI, ACAD. TYPOGR.
C CIV,

4747
505
1704,2
2/

